



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Abstemij

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

omnium iustitiam solum habere propitium cui
 Omne quod mihi ipse non imputare decreuerit, sic est
 non fuerit. Non peccare Dei iustitia est: hominis iustitia, in-
 algentia Dei. *Idem serm. 23. in Cantic.*

Abstemiorum laudes in ebriis detestatione & vini
 vide *Esa. 5. 11. 12. 22. & 22. 13. & 28. 16. & 16. 12. Daniel. 1. 8. &
 Joel. 3. 3. Amos. 2. 8. 12. & 6. 6. & 4. 2. Roman. 14. 21. Eph. 5. 8.*

SENTENTIA PLURIM.

Abstemij.

Abstemius dicitur est qui vino abstinet: Græcè, *abstomios*. Gellius, *libr. 10. capit. 23.* Qui de victu atque cultu populi Romani scripserunt, mulieres Romæ atque in Latio etate abstemias egisse, hoc est, vino semper, quod Temetum præca lingua appellabatur, abstinuisse dicunt, Chaldei vinum aqua dilutum *רמין* *remed* appellarunt, à quo quodcumque vinum Latinis veteribus dictum est: inde temulentia, temulentus ebrius, sobrius abstemij oppositi, & *14. 7. Græcis*, ebrietas, unde temerum, vt nonnulli existimant, quamvis ex articulo & nomine conflata compositio non ita conueniat. Ouidius *Metamorph. libro decimo quinto. Clitorio quicquam; sitim de fonte lenavit, Vina fugit, gaudetq; meris abstemius undis.*

Alimenta & necessaria sunt pro conseruatione humani indiuidui, & iucunda. Abstinentia igitur qualicumque, siue necessitati, siue voluptati tantum detrahat, vel in nobis sita non est; sed à natura morboue prouenit (sic quidam ab ortu, quidam ex morbo redduntur abstemij: sunt & qui nihil omnino cibi potius affumant) vel in nobis sita est. Abstinent proinde ab alimentis tam necessarijs quam iucundis alij quidem sponte, alij coacti. Et sponte quidem ijs vt præsentibus vt, sic abstentia comparare recusant, sine vel inhoneste (vt qui ferme seipios vitæ tædio, aut desperatione acri enecant) vel honesto atque bono.

De cibi potius vsu vel abstinentia, regulas Ecclesiæ tradidit Apostolus sequentes.

Qui manducat (qui bibit) non manducantem (non bibentem) haud spernat: & qui non manducat (abstemius) manducantem (vinum bibentem) non iudicat. Deus enim illum assumpsit. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Qui manducat (bibit) Domino manducat (bibit) & qui non manducat (qui non bibit) Domino non edit (non bibit) & gratias agit Deo. *Roman. cap. 14. vers. 3. 6.*

Non est regnum Dei esca & potus: sed iustitia, pax & gaudium in Spiritu S. *Rom. 14. 17.*

Itaque si mortui cum Christo liberi estis ab elementis mundi, quid vt uiuentes in mundo rebus oneramini? Ne attigeris, neque gustaueris, neque contrectaueris. *Coloss. 2. 20. 21.*

Ne amplius esto abstemius: sed vino pauculo utere, propter stomachum tuum, & crebras tuas infirmitates. *1. Timoth. capit. 5. vers. 23.*

Vt naturæ ductu quidam à vino abstinent, & propriè dicuntur Abstemij, sunt & qui ex diuino vel honesto instituto, aut saltem non turpi vinum nullo modo gustant.

DICTA ET EXEMPLA
 Biblica.

Dominus de Nazareis loquens, Vir (inquit) siue mulier, cum fecerint votum vt sanctificentur, & se voluerint Domino consecrare, à vino & omni quod inebriare potest abstinebunt, nempe toto Nazareatus sui tempore. *Numer. 6. 1. 2. & c.*

Samsonis Nazareti matri edixit Angelus, caue ne vinum bibas aut liceram. *Judic. 13. 4. 7.*

Ioannes Baptista Abstemius declaratur. Vinum & siceram non bibit, inquit Angelus. *Luce. 1. 15. Venit Ioannes, non bibens vinum.* *Luce. 3. 33.*

De Rechabitis abstemijs ex patris instituto, Hieremias, Posui, (inquit) ante filios familiae Rechabitarum scyphos, atque calices plenos vino, & dixi eis, Bibite vinum. Qui dixerunt, Non bibemus vinum: quia Ionadab filius Rechab pater noster præcepit nobis, dicens, Ne bibatis vinum & vos & filij vestri in æternum. *Hierem. 35. vers. 5. 6.*

Aaroni & sacerdotalis ordinis viris reliquis dicit Dominus, Vinum & omne quod inebriare potest, non bibetis tu & filij tui, quando intrabitis tabernaculum testimonij, ne moriamini: vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum & profanum, inter pollutum & mundum, doceatisque filios Israel omnia legitima mea, quæ locutus sum ad eos per manum Moysis. *Leuit. capite decimo, vers. 10. 10. 9.*

Vinum non bibit vllus sacerdos, quando ingressurus est atrium interius. *Ex. 24. 41.*

Cogitavi (inquit Salomon) in corde meo abstrahere à vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad sapientiam. *Ecclesi. 2. 3.*

Ne propter pabulum, inquit Iosephus, solueritis quod opus? de quo ait, Bonum carnem non edere, & non potare. Nam qui in istis serubiacabilis & propitiab non est. Quidam credit omnia manducanda esse, quidam infirmus olera vescitur: qui mancat, ne nullifiet non cantem. Tu quis es, qui alienum sum iudicas? Et qui cat, & qui non manducat, Deo agredias. Cum autem arbitrio veter controuersiam fieri, quanto magis diuino? bar quosdam castigatores & interdites vitæ inculcare fastidio, non qui ex officio abstinerere, probare verò qui non qui in conuitium creatoris. Etdaues macelli tibi permittens esui omnia ad constitutum idolochytorum ptionem, non tamen in macello regem Dei incluit. Ne inquit, esus aut potus est Dei regnum. Esca nos Deo commendat, non vt de arida dictum puteat potius de vincta & ta. Siquidem subijciens, nec si mancauerimus abund nec si non manducauerimus deficient: tibi magis ino abundare te existimas si edas, & deficit si non edas, & ideo tractas. *Terrullianus de teimijis adf. 7. scilicet, capite sexto.*

Clamat Apostolus, Non est regnum Dei esca & potus stitia, & pax, & gaudium. Item alio lo. Esca ventris, & verus Deus autem & hunc & hanc euacuabit corpus autem mationi, sed Domino, & Dominus corpori. Deus ventris tur, nec cibis, quos Dominus dixit perire & in secessu natu purgari. Nam qui per esca Dominum cet, prope est vt De habeat ventrem suum. Cibis, inquam, vus, & sanctus, & est fides recta, immaculata conscientia, & innocens anima: sic pacitur, Christo consecutus, talis epuror coniuua est sunt epulæ quæ Angelos pasunt, iste lumenque que ma ciunt. Hinc est vox illa legis, Non in pantanum vitit he in omni verbo quod proficitur ex ore E. Hinc illa Chi esca est, vt factam voluntatem eius qui mensit, & vt consi opus eius. Hinc, Quæritis me, non quia esca vidistis, sed quæ ducatis de panibus meis, & saturati estis. Operamini aut escam quæ perit, sed escam permanentem in vitam & quam filius hominis vobis dabit, hunc enim signauit De ti, inquam, & continentia, & reliquis virtutibus. Deus colit & Zachariam refert (capite septimo.) Si marueritis, inquit batis, nonne vos manducatis aut bibitis? eximens cibos non ad Deum peruenire, sed ad hominem: renem carne est, vt carne placetur: nec in has voluptatitatonitus, v gaudet cibis. Deus sola gaudet fide nostra, ta innocentia ritate, solis virtutibus nostris, quæ habitant in ventre, nimo, qualque nobis acquirit diuinus timor: celestis me terenus cibis. Ex quibus congruenter inctatus est A superstitionibus Angelorum seruientes, infias à sensu caput Christum non tenentes, ex quo ome corpus pe concatenatum, & fibula charitatis membrimutis inu que concretum, crescit in Deum; sed illa serantes, Nete neque contrectaueritis, quæ imaginem quidam videantur religionis, dum corpori non parcutur; nullus tamen em tum omnino iustitæ, dum ad elementa, quib per baptis tui sumus, voluntaria seruitute reuocamur. *Quatians. 1. Cibis Iudæis, apud Terrullian. cap. 5.*

Vinum bibere non turpe est, ablit: hæc lux hereticor cepta) sed Apostolus Timotheum nolens proter multa dines prioris esse abstemium, vini modici vni ei concessi dedecus esse non putaret non posse abique illis auxilio borans membrum erigere. *Chryssostomus homil. ad populo trochen.*

Essei, quos Iosephus & Philo Iudeus descriperunt, à ab esu carniu abstinuere, quod vinum deicentæ venci irritamentum esse dicerent. Hæc scribens Philo, inquit *See libro. 1. capite. 12.* significare voluit illos Hebræis, qui sua æ gionem quidem Christianam profitebantur, adhuc tamen Iudæorum in vita fuisse sequutos, & eorum instituta serual reperit Neephorus, & Sophronius quoque testatur in ci. Philo (inquit) videns primam Ecclesiam Alexandri zantem, quasi in laudem gentis suæ de eorum conuerfati pfit.

Ex Tatiani Schola circa annum Domini 181 progressi cratitæ, quos Epiphanius depingit libro secundo, tomo pri in mysterijs quidem vino vt noluerunt, sed atia, vnde e id *conuenerunt*, quasi dicat, aquæ patroni. Eide Severia dicit, *omne æuæ vitæ abstinere, id est, a vino prioris abstine nem abstinentiæ à vino istorum hæreticorum vinum nullo*

tra homini & iam ad liberos iam ad iram iam ad infaniam ecti-
tate. At qui distinguunt iustitiam ducuntque fuit abusus a sobri-
vitiis. nec temperat. ibus bonis viris intemperantium & etic-
runcula pa impudantia.

ETHNORVM Abstemi.

Abstemiis veterum sificiis vide quæ in loco de Sacrificiis &
liberibus dicuntur. Palos autem nonnullos legimus innum
ad se impertari prohibuisse illo effeminarentur, ac seuis legi-
busaque pennis ebrietate coercere fuisse solitos.

Vide A QVA.

Abſt. lib. ut de legibus dolentes abstemios esse vult vsque ad
8. annis. Aristot. Politic. lib. 7. cap. 17. vinum teneriori-
bus. in opibus accommodatum esse pernegat, & propter morbos
pariter artem arceat ino.

Celſus Rhodiginusurrit cur nonnulli sint abstemii? & re-
ſpondet problematice stomachi malæ constitutioni acceptum
ritem oportet, quæ caſ cum ſiccitate eorum aquæ requirit
quædam? an adiuæ & stomachi debilior contextus, nocu-
mentum vini calentis obnoxius? quia ſuapte vi, diſſecandi quodam-
modo oportet eam vim retinet? Suffragariæ & cerebri obſoleo
ſiſſacervi multumaporantis iſtus, ex vtriusque partis ſymp-
thia. quam tertio intorum comprobat Galenus. Lect. ant. par.
lib. 2. cap. 28.

POARVM SENTENTIÆ.

Επιτι δὲ βῆρι πλὴν δύοιν μόνον,
λαυροῦ ἀκροῦ τῶ ματὸς ὄδ ἔρηξιν;
Ἀδὴ τῶν κῶν φῶξ; ἠὲ τῶν τῶ φῶν.
Quid ſicra poſe, niſi duo, mort alium;
Certe mātus, ἔτῶ quærem ſummiſi?
Ei alere natura iſt parit paſſim obnoxius.
Meminerit apud Sobriam, ſerim. 5.
Diſſequam paroliceat producere vitam;
Et quantum nati a pet. at. Non erigit agros
Nullic ignoſto diſſim conſule Bacchus;
Din auro nyrria, bibunt: Sed gurgere puro
Vina redit: ſatib; populiſi ſummiſi;
Lucanus, Phariſal. lib.
quæ ſuæ at ſida manu
Caſſe fontem celerius ſomus premit.
Secura duro membra ſerſantir thoro.
Seneca tragicus in Hippolyto.

ΑΡΟΠΗΕΓΜΑΤΑ.

Fredericus III. Imperator quum intellexiſſet Leonoram con-
tingem, ex qua niam prolem ſcicitauerat, facile ſecunditatem
conſideraturam, modo vino (a quo ſemper abhorruerat) preſertim
in Germania frigida regione, vtereur. Eſto, inquit: ſed malim vxo-
rem ſeriem quai vinolaſam. Aenus Syluſius, lib. 2. Comment. de ge-
ſta alphonſi.

Successat Auguſto Frederico ſua Auguſta Leonora: quæ, tantum
abell in quo anuſ ſui mariti reſpoſum acceperit, vt etiam palam
profeſſiſſit. Et ſi d. hmi mei (Fridericum appellans) iuſſioni tam li-
bens patre quam vno: ſi tamen vin vium mihi mandauerit, mori
optatum potius, quam parere. Idem

HIROGLYPHICA.

Longa ietunia diuturnæ ſitis rderantiam per camelum ſigni-
ficant, ex eo manillum eſt, quod nulum animal tanta inſigne ma-
gitudine tam exua cibi paucitate nutritur, neque dies plures ſi-
tum iocatur cum ſeis conſtet. Camelos in duodecimum vſque diem
ſine poſe perdurat. Pterius Val. lib. 2. c. 39.

Agriui hominem ſibi ab ebrietate cauentem ſignificare vo-
lentes, Nocturna ſua deſugentem eſſingebant: quando memo-
rant oua Nocturæ a vi pollere, vt ſi per iridium ebriofis in vino
decur radium eiſ adducant, & abſtemios homines reddant: quod
etiam allertit Philoſtratus, qui abſtemium ſcribit ita reddi pue-
rum, vt donec vterit vini odio tenetur, ſi priuſquam vllum vini
gulum ſouerit. Nocturna oua, leuter cocta, illi forbillanda pro-
prietantur, vini enim odium inde ſuboriri, quia temperatio hic ſiat
naturaſ calor. Item, lib. 20. c. 21.

Alciatus emblem. 23. proponit ὕρα, uua Bacchi & Palladis in co-
dem altari, vt nimirum ſignificetur prudentiæ incrementum eſſe a-
liquod, ſi ſtudioſi homines non ſint proſuſ abſtemii.

Sequenti vero, nempe embl. 24. Arbor Olea, quam vitis arctiſſi-
me complectitur, exclamat,

Quid me Sextatis rami? ſum Palladis arbor.
Anſerte hinc borros. Virgo fugit Bromium.

Vini vſus (inquit Valerius Max. lib. 2. cap. 1.) olim Romanis ſce-
minis ignotus fuit, ne ſcilicet in aliquod dedecus prolaberentur:
quia proximus a Libero patre intemperantiæ gradus ad inconcef-
ſam Venerem eſſe conſuevit. Et libro 6. cap. 3. Egnatius Metellus
vxorem, quod vinum bibiſſet, fuſte interemit. Idque factum
non accuſatore tantum, ſed etiam reprehendoſe caruit, vnoquo-
que exiſtante, optimo illam exemplo violatæ ſobrietatis poe-
nas pendendiſſe. Et ſane quæcunque foemina vini vſum immoder-
ate appetit, omnibus & virtutibus ianuam claudit, & delictis
aperit.

Abſtinentia.

Varia ſunt voluptatum obiecta, varii moderandarum volu-
ptatum habitus, vniuerſum quidem trito illo Stoicorum
apophthegmate, ὀλιγὸν καὶ ἀσκήσει, comprehenſi: quorum
hoc in iucundis, illud in triſtibus potiſſimum locum habet: in ſpecie
vero obiectorum diſtinguendi varietate: ſic vt de voluptatibus cor-
poris priore, de voluptatibus animi poſteriore loco agatur. Tem-
perantiam (moderationis, abſtinentiæ, continentiæ, modeſtiæ, gra-
uitatis, frugalitatis, verecundiæ, pudiciæ, ſororem naru maiorem
& altricem) ἀσφραδίζω, ſapientum inſtituto, populi vſu, ὅτι φόνου
ὀδῶν, quod prudentiam conſeruet, teſtantur Etymologi. Pruden-
tia animi oculus quidam practicus eſt. Animus corporis famulatio
vitur. Corpus vtputa mortale, ad ſui conſeruationem externis mul-
tis indiget, quæ ſenſuum organiſm ceu manibus apprehenſa, partim
indiuuio, partim ſpeciei humanæ conſeruandæ propagandæque
inferuunt.

Ad vtramque curam voluptatis corporeæ illecebra, contrari-
que doloris fuga, ceu eſca quadam, natura mortales accendit inci-
tate. Voluptas omnibus connata ſenſibus, in guſtu & tactu com-
muſiſſima vehementiſſimaque, in vſu, auditu, olfactu, vt hominis
propria, ita quoque remiſſior. Appetitum vtrumque recta mode-
ratur ratio, vehementiorem maiore, remiſſiorem minore vi edo-
mans: alias alio, hic ἀσφραδίζω Temperantiæ inſignita nomine.
Et quidem circa alimenta & Veneræ κωλύει: circa vilus vero, audi-
tus, odoratus obiecta ἀνεγείρει vertitur Temperantia, medocritatis
vbique ſtudioſa.

Ab ea exorbitans vitioſus habitus, inuſitata dictus, hominem à
ſtatu excellentiæ ſuæ propemodum diuinæ, ad quem natura duces,
comite Temperantia, peruenerat, ad brutiorum Libidinem inglu-
tiemque deicit. Ab eadem deſiciens vitioſus habitus, vt nomine
caret, ita rarus inuentu, ſuperſtitionis contumaciæ deſperationis, ſi-
miliumque vitiorum quæ comitatur, naturam nomenque ſi equen-
ter induit.

Alimenta autem & neceſſaria ſunt pro conſeruatione humani
indiuuidii, & iucunda. Abſtinentia igitur qualiscunque, ſiue ne-
ceſſitati, ſiue voluptati tantum, detrahat: vel in nobis ſita non eſt,
ſed à natura morboſe prouenit (ſic quidam ab ortu, quidam ex
morbo redduntur abſtemii, ſunt & qui nihil omnino cibi potuſue
aſſumant) vel in nobis ſita.

Abſtinent proinde ab alimentis tam neceſſariis quam iucundis
alii quidem ſponte, alii coacti: & ſponte quidem ſiſ vt præſentibus
viti, ſic abſentia comparare reſuſant, ſine vel inhoneſto (vt qui fa-
me ſeipſos vitæ rædio enecant) vel honeſto atque bono. Quæ ab-
ſtinentia huius ſeſtionis eſt propria quatenus à cibo abſtinet, & volu-
ptatem moderatur, vel vt malum aliquod compeſcat, aut eui-
tet. Ita quidam poenitentes ieiuare ſolent. alii abſtinent ab ali-
mentis ad corporis morbos edomandos aut præcauendos: vel ad
animi vitia cohibenda, Luxuriam puta & inobedientiam. Alii à
cibo abſtinent, ad bonum aliquod impetrandam: puta vel animi
illuſtrationem in theoria ſapientia, aut practica pietate, vel corpo-
ris ſecunditatem & robur: vel fortunæ bona, diuitias, honores, vi-
etoriam, &c.

Iam vero coacti abſtinent illi quibus alimenta eripiuntur, vel di-
uinitus, tempeſtate, frigore, rerum neceſſariorum ad victum penu-
ria: vel humanitus, puta ab hoſtibus obſidentibus, vel à Magiſtrau
reos ad eſuriam tolerandam cogente.

Abſtineo, abſtines, penult. breui, abſtinui, abſtinere, ex abs & te-
neo, eſt ab aliqua re omnino ſe colibere, & quaſi ſe tenere procul
à re illa, vt abſtinet furto, qui rem proximi non attingit: abſtinet

PO

POLYANTIEA